

latione n. 7. et in hac nostra sententia evitantur hujusmodi sirtes.

Ad declinandam continuam divisionem, seu potius confusionem et ad sciendum, quid in posterum observandum, opportunum valde erit, imo pro speciali gratia habebitur quidquid in hac difficultate rescribere dignabuntur, sicut de ea resolvenda humillime supplicantur Dominationes Vestrae Emae et Rmae. Quas Deus etc.

Et eadem S. R. C. respondit: „Duplicia translata habent locum in qualibet die infra Octavas non privilegiatas, non impedita Officio Dominicae vel festivitatis novem lectionum; semiduplicia vero translata in die tamen proxime sequenti similiter Officio Dominicae, vel festi novem lectionum non impedito, quo casu transferri debent post Octavas, sicut praescribitur a Rubricis. Et considerationes adductae contrarium non concludunt.“

N. 2917 die 24. Februarii 1680.

#### 14) SS. Trinitatis.

Diebus 6. et 7. infra octavam Titul. SS. Trinitatis faciendum Officium de die 2. et 3. infra octavam Corp. Chr. cum commemor. SS. Trinitatis. n. 3809 ad 3 die 8. Junii 1709.

Vd.: SS. Trinitas.

#### De Octava

Vd.: Patronus; Titularis; Dedicatio Ecclesiae; Festa; Epiphania; Vesp. de B. V. M.; Anniversarium; Commem. octavae; de dignitate oct. cf.: Festum (dignitas, decr. n. 4491); Dies octava; Festum Omn. SS.; S. Lucia.

#### OFFERIMUS etc.

Diaconus simul cum Episcopo celebranti dicit: *Offerimus tibi Dom. calicem etc. Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 63.*

#### OECONOMUS.

Oeconomus nullum habet jus in spiritualibus neque in Ecclesia; et

ideo Dignitates et Canonici praecedere debent Oeconomum, cui tamen locus honorificus debetur. n. 94 (24. Oct. 1597) 3. Julii 1596.

#### OFFICIALES.

(Incens.)

Officiales illi, qui repraesentant totius Congregationis corpus, thurificentur unico ductu. n. 3131 die 19. Apr. 1687.

#### OFFICIATOR.

(Praecedent.)

Vd.: *Processio* (Officiator); *Canonicus* (Officiat. parat.); *Beneficiati*; *Purif.*; *Dignitas*.

Quando Officium facturum paratus est sacris paramentis, debet omnes et etiam Decanum praecedere; in reliquis vero et quando non est paratus, servandam esse consuetudinem Ecclesiae. n. 417 die 24. Oct. 1609.

Sacerdotes, qui sunt afflictuarii seu substituti tam in processionibus quam sessionibus et in celebratione divinorum Officiorum, praecedere debere supra Clericos Beneficiatos ex beneficio simplici. n. 2717 die 17. Nov. 1674.

#### OFFICIUM.

##### 1) Anticipatio.

Vd.: *Off.* (Recitationis temp. — decr. Pii VII.); *Moniales* (Brev.; decr. Pii VII. 21. Nov. 1800.).

##### 2) Approbatio.

Vd.: *Missale* (approbatio); *Libri eccles.* (approb.); *Off. rom.*

##### 3) Non approbatum.

Vd.: *Breviar. Bened.*

Non sunt admittenda neque recitanda alia Officia quam approbata a Sede apost., alia omnia sunt rejicienda. n. 2345 ad 16 die 31. (Julii) 1665. Officia non approbata damnantur. S. R. C. 8. Apr. 1628.

Cum in dies nonnulla Sanctorum Officia sub praetextu, quod a S. R. C. concessa fuerint cum Lectionibus et Orationibus propriis et aliquando etiam cum Hymnis, Responsoriis et Antiphonis et passim sub majori forsitan ritu per universalem Ecclesiam aut loca particularia recitanda, impressa conspiciantur, quamvis S. C. aut ea non concesserit aut in aliquibus tantum peculiaribus locis, non autem in universa Ecclesia ea recitari posse indulserit,

Eadem S. C. hujusmodi attentatis provida solitudine consulere volens mandavit: „Ut dictae Officiorum concessionones, Lectiones, Orationes, Antiphonae et Responsoria respective, aliaque hujusmodi imposterum a Typographo Camerali dumtaxat imprimantur. Inhibendo omnibus Impressoribus seu Typographis tam in Urbe quam extra ubivis locorum dicta Officia imprimi sub quovis praetextu, causa et quaesito colore, nisi facultate in scriptis accepta ab Inquisitoribus haereticae pravitatis, si inibi fuerint, sin minus, a Locorum Ordinariis, qui quidem facultatem hujusmodi non prius concedant, quam Originale sumptum S. ejusdem Congreg. vel exemplar Typographi Cameralis authenticum manu Secretarii ipsius S. Congregationis firmatum et Sigillo obsignatum ipso exhibeatur. Quod exemplar in nihilo prorsus immutatum, nihilque ei additum sive detractum in eo imprimi debeat. Et si quae ausu temerario contra praesentis Decreti tenorem extra Urbem impressa fuerint, ultra poenas ab eadem S. C. infligendas, omni prorsus fide carere voluit et declaravit. Mandans propterea omnibus et singulis praedictis haereticae pravitatis Inquisitoribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis, ut in sua quisque Dioecesi vel Provincia sedulo pervigilent, ne quidquam

contra superius disposita fiat vel attentetur.“

Utque praesens Decretum ac omnia et singula in eo contenta ad omnium etiam, quorum specialiter interest aut interesse poterit, notitiam ac certam scientiam deducantur et ne aliquis de illius ignorantia excipere possit, voluit pariter ac jussit, illud imprimi ac typis mandari et pro omnimodo illius implemento, ut praefati Locorum Ordinarii, in locis consuetis, sub poenis, censuris, contra transgressores infligendis, publicari curent. Die 11. Augusti 1691.

Et facta de praedictis SSmo Domino Nostro Innocentio Papae XII. per Secretarium relatione Sanctitas Sua praemissum Decretum approbavit ac debitae executioni demandari praecepit. Die 19. Octobris 1691 n. 3245.

Non debere Ordinarium permittere, quod fiant Officia non approbata. n. 1734 ad 3 die 19. Sept. 1654.

#### 4) Canonicor. in duab. Cathedral. residentium.

Vd.: *Canonici* (Officium.).

#### 5) Cathedrali concessum.

Indultum particulare recitandi Officium alicujus Sancti Cathedrali Limanae concessum non extendi ad Clerum civitatis. n. 2413 ad 2 die 2. Apr. 1667.

In Cathedr. Segobien. nonnulla recitantur Officia SS. etiam cum octavis. S. C. declaravit: Clericos civitatis et Dioecesis Segobien. nulla gaudentes praebenda in Ecclesia Cathedr. seu peculiari illius chori servitio non addictos, non posse se conformare cum Cathedr. in recitatione Officii seu Officiorum Cathedralis. n. 3177 die 4. Dec. 1688.

Sacerdotes Dioecesis Calaritanae, licet nulla praebenda potiantur in Cathedr. Ecclesia, altamen eidem subditi, ex

*functi.* At hujusmodi exceptio non extenditur ad commemorationes generales, quae fiunt ab Ordinibus regul., quia s. Congreg. rogata hac super re pro parte Monachorum s. Benedicti sub 28. Aug. 1782 jussit *servari* decretum in Collen. 5. Julii 1698, videlicet: ps. *Lauda anima mea Dominum* et *De Profundis* omittuntur in precibus post Officium in die generalis commemorationis omnium fidelium defunctorum et in die obitus et depositionis defuncti dumtaxat, caeteris autem diebus semper et omnino dicantur. Lex tamen silet, ubi intercedit privilegium. Ita porro est in specie nostra, cum in praefato Breviario trium Ordinum, Apostolica auctoritate roborato, generali rubricae addatur: *Nec apud nos in Officio generalissimo*, nimirum praefati Psalmi omittuntur in generali commemoratione defunctorum trium Ordinum.

*Ad dubium:* An hoc observandum (dicere: *Lauda* etc. et *De Profundis* exceptis diebus Commemor. Omn. fid. def. et depositionis defuncti) sit etiam in illis Ecclesiis, ubi ex vi regulae seu ob adimplendas pias defunct. voluntates, totum Officium defunct. ritu dupl. recitare tenentur, ut fit diebus expressis?

S. C. resp.: Affirmative. n. 4085 ad 1 die 9. Maii 1739.

In Officio def., quod recitatur in quolibet conventu alicujus Provinciae ritu dupl. post habitam notitiam de obitu alicujus Religiosi ejusdem Provinciae (Ord. Minor.), dicendi sunt ps. *Lauda* et *De Profundis*. n. 4393 ad 1 die 27. Martii 1779.

*Ad dubium:* In Officio mortuorum, quum Laudes recitari non possunt, et unicum tantum cantatur Nocturnum, Psalmus *De Profundis* debetne recitari ad preces, quae sunt recitandae in fine Nocturni?

S eadem C. respondendum censuit: „Laudabilius esse si recitetur Psalmus *De Profundis*.“

Atque ita rescripsit n. 5221 ad 5 die 21. Julii 1855.

n) Orationes.  
(Cognomina.)

Vd.: *Orationes in Off. Def.*

Ex immemorabili pene consuetudine Cathedrali in Ecclesia Viglevanen. asolet Capitulum post Laudes recitare Psalmum 129, *De Profundis* in levamen Animarum piacularibus flammis addictarum, aliquibus cum Orationibus in fine. Inter has locum habet Oratio: *Inclina Domine aurem tuam*, in suffragium Francisci II. Sforza Mediolani olim Ducis ac Fundatoris tum Episcopatus Viglevanen. tum ipsius Capituli. Modus autem hanc Orationem recitandi causa controversiarum inter Canonicos nonnullis abhinc annis fuit. Aliqui namque dicunt in Oratione: *famuli tui Francisci*, nonnulli superaddunt: *olim Ducis nostri*. Sed quum multi contendant Pontificali Romano Decretisque Sacrorum Rituum Congregationi adversari additionem vel Tituli vel Dignitatis nominis Defuncti, dum pro eo recitatur Oratio, propterea ad controversias evellendas eliminandumque scandalum, quod raro usu venit vel inter Clericos Choro assistentes vel inter Laicos ipsos, qui eo temporis momento Ecclesiam adeunt, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit B. D. Petrus Ghilardini Canonicus et Capituli Cancellarius, quatenus decernere dignaretur modum recitandi recensitam Orationem in Suffragiis pro uniformitate obtinenda.

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infra-scripta die coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta,

omnibus mature accurateque libratis rescribendum censuit: Oratio *Inclina Domine*, legenda *sine* nomine, uti jacet in Breviario et Missali Romano citra tamen probationem consuetudinis dicendi has preces post Laudes, quae juxta Rubricas dicendae forent post Primam.

Et ita censuit ac servari mandavit die 7. Aprilis 1832. n. 4687.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Inter Missas, quae pro Defunctis dicuntur, si consideretur Missale, in ea tantummodo, quae dicenda est in die obitus seu depositionis, reperitur Oratio, in qua rubro colore notatur litera *N.* ad indicandum ibi defuncti nomen esse ponendum: inter Orationes vero, quae dicendae reperiuntur sive pro hoc sive pro illo defuncto, quaeque extant post omnes Missas in unum collectae, in quatuor tantum notatur *N.*, nempe in illis, quae pro Summo Pontifice, pro Cardinalibus, pro Episcopis et pro Sacerdotibus dicendae assignantur. In harum enim prima et secunda legitur *Famulum tuum N.*, in tertia et quarta *Famuli tui N.* Quod spectat ad sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales adjiciuntur adnotationes, quae mutationem indicant faciendam pro distinctione respectivi Ordinis, cui defunctus Cardinalis erat adnumeratus. Ita enim notatur in Rubrica *pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur: Famulum tuum N. Episcopum Cardinalem: pro Presbytero Cardinali dicatur: Famulum tuum N., Presbyterum Cardinalem: pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio: Inclina Domine ut animam Famuli tui N. Diaconi Cardinalis.*

Praeter istas in nulla alia hujusmodi Oratione notatur litera *N.*; hinc stricte loquendo juxta Missale non alius nominandus videretur, quia deficiente in aliis Orationibus hac litera

*N.* non alius nominandus indigitatur. Ratio autem differentiae cuique facile patet; nam sive defunctus fuerit Pontifex, sive Cardinalis, sive Episcopus, sive simplex Sacerdos, ad ecclesiasticam hierarchiam spectabat, dum viveret, quam Ecclesia in hujusmodi defunctis quodammodo adhuc agnoscere et retinere videtur etiam quum decesserint, vel Ordinis vel dignitatis, qua insigniti erant, mentionem faciendo. Itaque quum in aliis Orationibus ex. gr. in ea, quae incipit „*Inclina Domine*“ de qua in dubio notata, non reperitur litera *N.*, nec defunctus nominari deberet. Dixi *non deberet*, hoc est juxta Rubricam et eam, quam ipsa ponit differentiam, licet in praxi diversimodo fiat. Sed Sacra Congregatio non praxim hic attendit, sed Rubricarum dispositionem, cujus accuratae observationi tuendae est instituta. Quum de Rubrica agatur juxta Rubricae praescriptum respondendum fuit, et idcirco ad primam dubii partem rescripsit: *Legenda sine nomine ut jacet in Breviario et Missali Romano.*

Jam si praeter defuncti nomen mentio fieri posset etiam de Dignitate (saltem aequae de omnibus), qua defunctus dum viveret pollebat, ut in dubio, non modo una litera *N.*, quae deest, sed altera posita esset; neutrum fit a Rubrica, itaque, si non nomen, nec cognomen vel agnomen et dignitas est adjicienda. Idem evenit (ut exemplum apposite adducam et quamdam paritatem) de defunctis quod de Sanctis, de quibus facienda est mentio in Orationibus sive propriis sive de communibus, aut in Officio aut in Missa. In hisce enim Orationibus solum nomen enunciari debet, exclusis cognomine, patria vel alia qualibet qualitate. Id non semel decrevit confirmavitque Sacrorum Rituum Congregatio, et ea expungenda omnino esse ab Orationibus praecepit, et contrariam

quo in s. ordinibus constituti reperiantur, vel aliquo potiantur beneficio in Ecclesiis eidem Cathedrali subjectis non habent facultatem, quod in Officiorum recitatione possent se conformare cum eadem Cathedrali. n. 3227 die 13. Julii 1658.

Clerici, qui non sunt choro addicti, sed tamen in aliquo ministerio deserviunt tali Cathedrali, ubi est reliquia insignis, possunt celebrare et recitare de tali reliquia. n. 2844 ad 2 die 20. Nov. 1677.

#### 6) De ss. Cruce.

Cathedralis Collen. recitat ex ind. ap. Officium s. crucis qualibet fer. VI. cujuslibet hebdomadae, non impedita festo 9 ll. in locum Officii feriae. Quaeritur: an hoc Officium cedere debet locum Officio dupl. vel semid. translato? S. C. resp.: *Negative*. n. 3056 die 17. Junii 1684.

Declarationis dubii super continuatione recitationis Officii ss. Crucis singulis feriis VI. non impeditis tempore etiam Adventus, Quadrag., quatuor temp. et Vigiliis, non obstante decreto generali de 20. Mart. 1706 etc. S. C. resp.: „Se conforment decreto de anno 1706“. n. 4291 die 17. Maii 1760.

#### 7) Dedicacionis Ecclesiae.

Vd.: *Dedicatio Eccles.*

#### 8) Defunctorum.

##### a) Antiphonae.

*Ad dubium* Confraternit. Clericor. Sacerdot. Ulixbonen: an Officia pro animabus confratrum extra diem obitus seu deposit., 3., 7. et 30. cum castro doloris et concursu sacerdotum officia habere debeant ritum dupl. vel sem. cum psalmo et tribus orationibus? S. C. resp.: Serventur rubricae ritual. rom. et duplicatio Antiphonarum

praeter diem commemorationis Omn. fid. def. et diem deposit. defuncti fiat in diebus tertio, 7. et 30mo et Anniversario tantum. n. 4072 ad 3 die 8. Mart. 1738.

##### b) In Die obitus

(quoties cantandum?).

Vd.: *Missa de Req. in die obitus* (Unica esse debet.).

##### c) Dies.

Vd.: *Sepultura; Officium defunctorum* (obligatio); *Lumina* (In exequiis); *Missa de Requ. sol. in die obitus* (Praes. cadav. dies imped.; decr. de die 23. Maii 1846.).

Fratres Coelestini, ex fundatione obligati *quolibet die Dominico* Officium Def. recitare, non obstante, quod sequatur festum semiduplex vel Octava, petunt, utrum possint; S. R. C. resp.: Dummodo ordinarium Dominicae Officium celebretur, nulla ratio obstat, quod mortuorum Officium etiam *in choro* ab oratoribus dicatur; et maxime aequum sit, ut piorum voluntates debitis hujusmodi obsequiis non fraudentur. n. 112 die 9. Mart. 1597.

Domi antequam cadaver efferatur possunt haeredes super eo Officia recitare facere, cuicumque libuerit. S. C. Ep. 19. Maii 1579.

Dubium erat: an in die prima Novbr. Officium Def. recitari debeat, non obstante, quod sit impedita festo Omn. SS. S. R. C. resp.: Cum clarum sit id, quod universaliter servatur ab Ecclesia, sufficere nempe ut non prima sed secunda Novbr. celebretur Officium et Commemoratio Omn. fid. def. n. 197 ad 3 die 23. Maji 1603.

Quamquam ultima dies mensis sit dominica vel festiva, tamen *Vesperas* defunct post *Vesperas* dominicae vel festivitatis ultima die mensis recitandas esse et non tantum Matut. et Laudes

sine *Vesperis*. n. ut supra ad 4.; n. 2364 ad 8 die 13. Febr. 1666.

Posse in die *dominico vel festivo celebrari Officium et missam defunctorum* pro defuncto, cujus corpus adhuc insepultum super terram retinetur; secus, si jam sepultum sit, quo casu in die sequenti vel alio non impedito eadem solemnitate celebrari poterit. Idemque resp. de tertio, sept. et trigés. die, ut scilicet transferatur et celebretur cum eadem solemnitate prout cavetur in Rubricis Missalis et Breviarii. n. ut supra ad 5. (Vd.: Annivers. [dies] decr. n. 3925.)

Ad effectum consequendi Indulgentiam centum dierum de injuncta poenitentia Offic. Def. esse recitandum prima die cujuslibet mensis non impedita Officio novem lectionum, ut ex verbis constitutionis fel. rec. Pii V. in principio Breviarii impressae in §. *ut Fidelium voluntates* clare eligitur. n. 218 die 6. Sept. 1603.

*Ad dubium*: an liceret in festo semiduplici recitare officium Defunctorum? S. R. C. resp.: Officium Def. non posse dici nisi ad effectum dumtaxat satisfaciendi menti Testatorum. n. 749 die 12. Julii 1628.

In *fer. II. post dominicam Passionis* non teneri nec ad Missam de def., nec ad *orationem* fidelium. n. 1462 ad 4 die 11. Julii 1643.

Non licere dicere et recitare Responsorium pro defunctis in diebus, in quibus juxta rubricas prohibitum est facere commemor. mortuorum. n. 2433 ad 2 die 21. Apr. 1668.

Non licere dicere et recitare Responsorium pro Defunctis finita Missa de Sancto et in diebus, in quibus juxta rubricas est prohibitum facere commemorat. mortuorum ... et absolutionem differendam ad diem non impeditam simili festo, in qua secundum rubricas potest fieri commemor. de

defunctis. n. 3188 ad 2 die 18. Jun. 1689.

*Ad dubium*: an in fer. VI. Parasceve, expleta hujus diei officatura, sol. exequiae supra cadaver cujusdam Monialis expositum in Ecclesia interiori libere celebrari possint a sacerdotibus in Ecclesia exteriori, ut moris est, decantantibus mortuale Officium cum intortitiis accensis? S. C. resp.: *Negative* per totum triduum et Officium et preces recitentur *privatim*. n. 4050 die 11. Aug. 1736.

*Ad dubium*: an iis in locis, ubi saepe non adsunt dies non impeditae juxta rubricas, recitari nihilominus licite possit Officium def. recurrente Officio 9ll.? S. C. resp.: *Non posse*. n. 4327 die 11. Maii 1765.

*Ad dubium*: An (excepto die tertio, 7., 30. et anniversario) in dupl. maj. liceat canere Officium def. et facere absolutionem ad tumulum et an liceat (excepto die obitus) in octavis privilegiatis? S. C. resp.: *Affirmative* ad primam partem, si agatur de Officio per testamentariam dispositionem in die obitus assignato; ac recitari posse Officium etiam in die 3., 7. et 30. plene absoluto Officio diei. *Negative* quoad secundam partem. n. 4645 ad 7 die 17. Decb. 1828.

*Ad dub.*: An in diebus dupl. min. ac maj. liceat cantari Vigilia defunctorum ac etiam totum Officium non quidem ex fundatione, sed ex sola piaque voluntate petentium, quin cantetur immediate post Missa, vel si postulata cantetur, dicatur de Festo vel de die occurrente?

Et S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Tolerari posse.“

Atque ita rescripsit, declaravit, indulsit servarique mandavit. n. 5050 ad 15. die 23. Maji 1846.

In duplicibus, in quibus non permittuntur Missae privatae de Requie,

licitumne erit canere Nocturnum pro Defunctis et postea Missam de die celebrare?

Et S. eadem C. ... respondendum censuit:

„In casu posse.“

Atque ita rescripsit propositaque Dubia rata est declarare. n. 5146 ad 6 die 7. Sept. 1850.

Ubi ex dispositione testatorum singulis diebus canendum est in Ecclesia Resp. pro def., potest quotidie decantari, exceptis festis 1. et 2. cl. et octavis privil. nec non tota hebdomada; in praedictis autem festis 1. et 2. cl. et oct. privil. ac maj. hebdomada, ne pia testatorum voluntas defraudetur, resp. recitetur *privatim* in choro absolutis hh. canonicis. S. R. C. 8. Julii 1741.

d) In Expos. SSmi 40 hh.

Vd.: *Tumulus coram exp. SSmo* (decr. n. 4392.).

In expositione 40 hh. in die *Commemorat. Omn. fidel. def.* licet recitare Officium def. n. 4477 ad 1 die 16. Sept. 1801.

e) Locus cantandi.

Religiosi s. Francisci Vianae non possunt in domo defuncti canere Officia def., Resp., Preces aliasque Orationes sine consensu Parochi. n. 2273 ad 7 die 24. Maii 1664.

f) Mutatio.

*Ad dubium*: an in Officio def. dici debeat ante Lectionem: *Parce mihi etc.: a porta ... animas eorum*, cum pro uno tantum dicitur? S. C. resp.: Nihil immutandum. n. 4526 ad 41 die 7. Sept. 1816.

*Ad dubium* PP. Minorum in Angelorum Provincia: an Versiculi Nocturnorum dici possint in singulari,

quando pro uno fit Officium defunctorum? S. C. resp.: Dum Officium fit pro uno defuncto, servandam esse rubricam, quae habetur ad calcem Officii defunctor. in dicto Breviario trium Ordinum. n. 4549 ad III. die 25. Aug. 1818.

NOTA GARDELLINI AD HOC DECRETUM:

Haec Dubii pars nihil habet ambiguum, quod interpretatione indigeat aut declaratione. Rubrica praefati Breviarii trium Ordinum ad Vesperas Officii mortuorum notat, quid sit immutandum, dum pro uno tantum peraguntur Suffragia: En Rubrica: *cum Officium ejusque pars pro uno dicitur, hi solum duo v. (scilicet: Requiem aeternam dona ei Domine. R. Et lux perpetua luceat ei. V. Requiescat in pace. R. Amen.) post Orationem cum suis Responsionibus dicuntur in singulari numero, ut et statim ante Orationem R. Erue Domine Animam ejus et sequens V. Requiescat in pace. Reliqua omnia in Vesp., Matutin. et Laudibus dicuntur, ut jacent, sive pro uno sive pro pluribus recitentur: Quid clarius?*

g) Nocturnum.

Vd.: *Invitator. in Off. Def.; Anniversarium* (quod est? decr. n. 5212); *Nocturnum*.

Non licet in tumulandis cadaveribus et Anniversariis celebrandis recitare ad libitum unum ex tribus nocturnis defunctorum in qualibet feria. n. 1382 die 10. Maii 1642.

Canonicos non esse cogendos ab Episcopo ut praeter eorum solitum et consuetum cantent tres Noct. pro quolibet Defuncto, qui ad eorum Ecclesiam ad sepeliendum deducitur, sed satis esse, si unum Noct. decantent, prout hactenus consueverunt. n. 153 die 8. Julii 1602.

h) Obligatio.

Quando loco missae de Req. cantanda est missa de festo dupl., posse nihilominus cantari Nocturnum seu Off. Def. ad effectum dumtaxat satisfaciendi menti testatorum; melius tamen esset in Collegiatis cantari sub vesperum completo Officio diei. n. 2995 ad 2 die 22. Aug. 1682.

Vd.: *Exposit. SSmi 40 hh.* (transl. decr. n. 4233); *Off. parv. B. V. M.* (oblig. decr. n. 4631); *Anniversarium* (quod est; decr. n. 5212); *Off. def.* (Dies).

Habito recursum ad S. R. C. per Ecclesiasticos S. Prosperi Regien. Civitatis super resolutione Dubii, nempe: Attenta dispositione Ludovici Maioli instituentis haeredem Communem magnam S. Prosperi dictae Civitatis cum onere celebrandi quotidie Officium defunctorum in dicta Ecclesia pro animabus ipsius Testatoris ejusque Antecessorum, utrum ab iisdem Ecclesiasticis recitari debeat praedictum Officium defunctorum ante vel post horas canonicas cunctis diebus, vel in casu, quo recitari non possit ob aliquod impedimentum in dicta die, transferri possit ad aliam non impeditam, cum onere adjuncto Sacerdotibus dictae Communis pro die impedito faciendi commemorationem in eorum Missis pro animabus ipsius Testatoris et Antecessorum, et quomodo et pro quibus diebus faciendi sit dicta translatio?

Eadem S. R. C. ad relationem Emi D. Card. de Lauraea Ponentis censuit: „Praedictos Ecclesiasticos teneri recitare dictum Officium omnibus diebus, excepto tamen triduo majoris Hebdomadae et festis primae et secundae classis. In his autem teneri facere commemorationem in Memento mortuorum.“

Et ita decrevit. n. 3180 die 22. Jan. 1689.

*Ad dubium*: An Canonici in Choro debeant recitare Vesperas defunct. pro prima die mensis etc., cum sit pars Officii illius diei, quando in die sequenti non recitant Officium def., quia non sunt obligati Choro ex fundatione?

S. C. resp.: Vesperas def. non esse omittendas. n. 3701 ad 7 die 23. Aug. et 13. Sept. 1704.

Emi et Rmi Signori. Li Canonici e Capitolo Portugallen. riverente espone all' EE. VV. qualmente da tempo immemorabile si osserva in quella Cattedrale dire nei giorni feriali e di Santo semplice, o semidoppio, post Laudes dell' Officio corrente, un Notturno e le Laudi de' defonti, con far anche celebrare una Messa di requie dopo le Laudi da un mezzo Canonico, che vi è nella Cattedrale istituito a cantare la detta Messa, e ciò si osserva anche nelle ferie maggiori, come quarta Cinerum, et majoris hebdomadae usque ad 4. feriam dictae majoris hebdomadae inclusive, ed ancora nelli giorni infra octavas, nelli quali è vietato di recitare de simplicibus vel semiduplicibus come dell' Epifania, Corporis Christi etc. La causa, che il Capitolo ha avuto di officiare nel modo suddetto, è per essere stati lasciati a quella Cattedrale anticamente certi Legati con il peso della recita, e celebrazione suddetta; e venire detto, che l'entrata, alla quale chiamano il grosso, e sia principale delle rendite, fù lasciata a quella mensa con il tal' obbligo. Ma essendo che il Rito della Chiesa, ed alcuni Decreti di codesta Sacra Congregazione de' Riti nelli giorni soprannominati ordina di non dire la Messa di requie, e non recitare l' Officio de' defonti: pertanto il detto Capitolo Oratore espone EE. VV. tutto il sopraddetto, desiderando, che la codesta Sacra Congregazione gli venga prescritto il modo di contenersi in avvenire, acciocchè loro sappiano, comme hanno

da sodisfare alli sudetti Legati, ed obbedire al Rito della Chiesa. Che però etc.

S. eadem R. C., audita relatione Episcopi, censuit respondendum: „Servandas esse Rubricas quoad recitationem Officii defunctorum intra Officium diei currentis: aliis vero diebus, absolutis Officio et Missa currentibus, ad Fidelium defunctorum animas adjuvandas pro suscepto onere, a Capitulo et Canonicis Portugallensibus recitandum Officium defunctorum et celebrandam esse Missam privatam de die currenti, Sacrificium pro defunctis applicando.“ Et ita declaravit. n. 3669 die 24. Novembris 1703.

Responsorium pro defunctis, Testatore jubente, quotidie potest decantari, exceptis dupl. 1. et 2. cl. et Octavis eorumdem festorum privilegiatis nec non tota hebdomada maj. In festis autem 1. cl. et Octavis privileg. praedictae majori hebdom., ne pia Testatoris voluntas defraudetur, recitetur *privatim* in choro a Monialibus Monasterii das Chagas nuncup. civitatis Lamacen. absolutis horis canonicis. n. 4117 die 8. Julii 1741.

*Ad dubium*: An caeteri Ecclesiastici et Confratres associantes cadavera teneantur introire Ecclesiam Regul. ibique solitas s. preces unacum Regul. canere et totum Officium absolvere?

S. C. resp.: In casu, de quo agitur, serventur Constitut. synodales. n. 4316 ad 5 die 7. Maii 1763.

*De obligat. a toto Clero Eccles. Off. def. recitandi in die commem. Omn. fidel. def. vd.: Dedicat. Eccles. (Vigiliae; decr. n. 4742 nota ad finem).*

#### i) Non est Obligatio.

Vd.: *Psalmi gradual.* (non oblig.; decr. n. 4119).

#### Pius PP. V.

Nos propter varia hujus vitae negotia multorum occupationibus indul-

gentes peccati quidem periculum ab ea praescriptione (Off. def. recitandi) removendum duximus, verum omnes in Domino vehementer cohortamur, ut remissionem nostram sua devotione praecurrentes illis suffragiis suae et aliorum salutis consulere studeant, *atque omnibus, qui in diebus in rubricis praefinitis Off. def. dixerint, toties centum dies de injuncta ipsis poenitentia relaxamus.*

Datum Romae die 15. Junii 1568.

Suessana.

(Conc. Tr. C. 12. S. 24. De ref.)

*Ad dubium*: An in Cathedr. Suessana sint recitandi psalmi grad., poenit., Off. parv. B. V. M. ac Defunctorum in diebus designatis a rubricis Breviarii?

S. C. C. resp.: Ad formam Bullae PP. Pii V.

Die 18. Aug. 1708 ad 2.

Triventina.

In relatione Status Ecclesiae Triventinae, quam Episcopus nuper transmisit ad hanc S. C. occasione Visitationis SS. LL. id Postulatum adjecit: In Choro a Canonicis ac aliis, qui ad Divinum Officium tenentur, nunquam antea Officium Defunctorum, Psalmi Graduales ac Poenitentiales in diebus praescriptis a Rubrica Breviarii Romani recitabantur; hinc modernus Episcopus eisdem injunxit ejusmodi recitationem, quemadmodum jam coepta extitit et per aliquod temporis spatium continuata. Modo renuentibus iisdem Canonicis eam continuare, sub praetextu quod talis obligatio minime iis incumbat, supplicat propterea Episcopus, pro sui dictorumque suorum subditorum conscientiarum quiete, ut ab EE. VV. declaretur:

*An in Ecclesia Cathedrali Triventina sint recitandi Psalmi Graduales,*

*Poenitentiales ac Officium Defunctorum in diebus praescriptis a Rubricis Breviarii?*

S. C. C. resp.: Dentur decreta.

Die 18. Julii 1711.

*Ad dubium*: I. An Canonici civitatis Acerarum ultra horas canonicas teneantur quoque in choro recitare officium defunctorum, B. Mariae Virginis et psalmos poenitentiales et graduales, sive potius sit servanda consuetudo? Et quatenus affirmative;

II. An in casu deficientiae sit exequenda poena ab Episcopo imposita?

S. C. C. resp.:

Ad I.: Servandam esse consuetudinem.

Ad II.: Negative.

Die 24. Aug. 1727.

k) Infra octav. Omn. Sanctorum.

Non licet recitari publice Off. def. cum tribus noct., cum funebri apparatu, castro doloris et extraord. luminum copia infra Octavam SS. Omnium sine speciali Indulto. n. 3372 die 8. Oct. 1695.

l) Omissio vetita.

Ad relationem in Collegiata Cerreti Thelesinae Dioec. in funeralibus et Anniversariis nocturni pro def. recitationem praetermitti, S. C. resp.: Ordinario scribi, qui mandet impleri decreta et in transgressores poenas irremisibiliter exequatur. n. 2199 die 23. Dec. 1662.

m) Omissio.

(Quid omittendum?)

Vd.: *Invitatorium in Officio def.; Off. def. (respons. ultim.); Nocturn.*

Quando ab aliqua Congregatione dicitur totum Off. def., dici debet, non omittendo psalmos post vespas

et matutinum positos. n. 3477 ad 15 die 5. Julii 1698.

*Ad dubium*: An Regulares in generali sui Ordinis def. commemoratione, quam ad instar defunctorum universalis Ecclesiae celebrant, debeant omittere in resp. ps. *Lauda anima* etc. et in Laud. *De profundis* etc.?

S. C. resp.: Negative. n. 4487 ad 6 die 14. Maii 1803.

*Ad dubium*: An in Officio def. in vesp. et in Laud. dicendi semper sint psalmi appositi: *De profundis* etc. et *Lauda anima* etc.?

S. C. resp.: Servetur rubrica Breviarii rom. et Ritualis rom. et post Vesperas et Laudes in Officio defunct. omittentur psalmi supradicti tantum in die Omnium fidel. defunct. et in die depositionis defuncti. n. 4044 (2do) ad 29 die 23. Julii 1736.

*Ad dubium* PP. Minorum in Angelorum Provincia: an omitti possint ps. *Lauda anima mea* etc. et *De Profundis* in Officio generalissimo defunctorum nostri Ord., extante consuetudine, sicut in die Commemorationis defunctorum?

S. C. resp.: In hoc generalissimi anniversarii Officio servandam esse rubricam peculiarem de omittendis psalmis *Lauda* et *De Profundis*. n. 4549 ad III. die 25. Aug. 1818; n. 4313 die 28. Aug. 1762.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM.

Si haec dubii pars decidenda foret juxta *Breviarii rom. rubricas* et s. *hujus Congr. decreta*, quibus declaratur, si quid in illis obscurum est, *negativo responso* absolvi posset. Si quidem *rubrica* interpretatione non indiget, cum ad preces vespersarum Officii def. aperte jubeat: *Hi psalmi (Lauda et De Profundis) non dicuntur in die omnium fidelium def. neque in die obitus seu depositionis de-*